UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ivlii Cæsaris|| Scaligeri|| Epistolæ|| &|| Orationes||

Scaliger, Julius Caesar

Lugduni Batavorum, 1600

Ivlivs Cæsar Scaliger Petro Bovcherio Senatori Burdigalensi S. XXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70455

Visual Library

IVLIVS CÆSAR SCALIGER PETRO BOVCHERIO SENATORI *Burdigalenſi* S. XXXIII.

NVNQVAM veritus ſum, quin nominis mei commendatione multa exempla eſſes editurus humanitatis atque ſapientiæ tuæ, quæ per teipſum nunquam intermiſiſſes. Itaque quam proxime fuit, vt nihil ſcriberem: ſimul quia iucundiſſimum ſperabam illud mihi meiſque ſpectaculum futurum, ſi etiam non rogatus faceres, vt tuorum erga me meritorum creſceret magnitudo. Vicit tamen mos ille ciuilis, vt per epiſtolam mirum in modum orarem te atq. etiam obſecrarem, ne eam ad cauſſam, quæ de hac vrbe noſtra, deque mea dignitate agetur apud vos, Boucherius in conſilio non fuiſſe videretur. Id quod eueniet, ſi nos inferiores ſimus. Samproiectus omnem tibi rem ordine narrabit, ne nunc te afficiam tædio. Nunc vero, optime atque ſapientiſſime vir, vnum de te peto duntaxat, perditiſſimum parricidam ita tractetis, vt intelligat, me potius, quam ſe fuiſſe veſtri ſimillimum. Vale.

IVLIVS